

accentu longa verbi persona secunda
 plurali numero facit is longam praeunte:
 hinc tibi sit possis pro teste velisque vel audis.
 protrahit is rectus, si protrahit i genetivus
 crescens, ut Samnis; longumque dabo tibi quamvis. 2270
 os longam ponis; tamen excipiatur os ossis,
 cumque potis dabit os, brevias, ut compos et impos.
 nomen in as Graecum breviabit in os genetivum.
 rectus in os Graeci, ceu Delos, habet breviari.
 us curtam ponis; tamen hinc monosyllaba domis. 2275
 declinans quartae genetivum tresque sequentes
 plurali similes casus producere debes.
 u genetivus habens longam solet us dare recto
 longam: pro teste tibi sit tellusque palusque;
 tu tamen, Horati doctor, palus abbreviasti. 2280
 invenies aliqua Graecorum nomina longa.

(PARS IV)

[Capitulum XI]

Accentus varias decet hinc distinguere normas.
 est gravis accentus, et sunt moderatus, acutus,
 et circumflexum multi tenuere priorum.

VARIA LECTIO.

2268 sit| sint *S. I. Me* hinc tibi sis possis fiat pro teste vel audis *P*
 2269 si| cum *P* 2270 dabo tibi| tibi dabo *P. A. M* 2271 longum *AP. Me*
 2274 ceu| ut *L* breviari| variari *L. S. P* 2279 sit| sint *P* palusque| palus-
 que *SP. Me* 2280 horaci *L. A. I* orati *SP. A. 2*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

2267 'praeunte', i. e. in singulari numero 2273 ex.: 'Pallas Palladōs'
 2275 ex.: 'claris vulnis senatūs; tūs mūs' 2276 sq. 'tresque seq. plur.
 sim. cas.', sc. nominat., accus., vocat. 2280 'palūs': *Horat. art. poet. 65*
 2281 ex.: 'Panthūs Melampūs'

2282—2329 de accentibus modernorum 2283 accentus moderatus ab Alexandro inventus esse videtur; qui apud eum vicem gerit accentus acuti. dicit de illo *Despaut. 666*: 'accentum moderatum, quem Alexander, barbariei assertor, intulit, doctissimi excernantur; ideo hunc ad Gothos relegamus'

- hic gravis est, qui deprimitur nec tendit in altum. 2285
 ut gravis incipiet, sed in altum tendit acutus,
 atque gravis medius et acuti sit moderatus.
 est circumflexus gravis in primo, sed in altum
 tollitur inque gravem recidit; sed cessit ab usu.
 in primis mediisque modo regimus moderato 2290
 voces accentu; finis regitur sub acuto.
 accentum, per quem regitur, vox ultima servat,
 aut hunc iunctarum propius tenet una duarum,
 datque gravem iure quaecumque carebit utroque.
 hos solos usu debes servare moderno. 2295
 accentum tibi vox monosyllaba reddit acutum.
 sunt quaedam, quibus 'accentus gravis est quasi nullus,
 ut conjunctivae voces et praepositivae.
 dictio, cui tantum duplex est syllaba, servat
 accentum supra primam, sit longa brevisve. 2300
 ergo pro causa, circum, puta, pone, vel una
 non declinata super extremas acuuntur;
 sic alias acuis.
 de pronomnibus adverbia quae facis, addis.

VARIA LECTIO.

2286 incipiat *Me* 2291 vocis accentu regitur finis moderato *P* 2293 propius| proprius (!) *S* propriis (!) *Me* post v. 2293 accentus nullus tenet nisi terna suprema (!) *add. S* accentus nullam tenet hos nisi t. s. (!) *add. P* 2295 hos solos usus debet formare modernus *Me* 2296 reddit| seruat *P* 2297 accentus gravis est| est gravis accentus *SAsPMe* post v. 2298 in circumflexis (*sic*) extremis aut in acutis usu non credo quicquam differe (*sic*) moderno nec prius mediasue modo pronunciat usus circumflectendus aliter quam iure gravandas *add. Me* v. 2299. 2300 *m. rec. imò my. adscr. A1* 2303 facit hoc distanciam vocis (uocum *e*) *add. SMe* (cf. v. 2347) 2304 addes *SPMe*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

2290 'modo', i. e. nunc, apud modernos 2296—2298 cf. *Diom.* 4337—10 45521—24 [*Prisc.*] de accent. 5216—7 2299 sq. cf. [*Prisc.*] de acc. 5218—16 2301—2303 [*Prisc.*] de acc. 52028—32 52827 sq. cf. *Prisc.* II 3324—27 *Diom.* 4336—8 *Pomp.* 1311—14 *Serv. in Aen.* III 3 IV 416 VI 670 *Isid.* etym. I 28 *Despart.* 667 2304 cf. *Prisc.* I 1302—5 30218 5872. — ex.: 'illie istie istue istie'

- huic acuendo sonat, si fiat dictio bina. 2305
 hi profers et di; debet tamen i dupla scribi.
 omnis barbara vox non declinata latine
 accentum super extremam servabit acutum;
 nostra dat accentum data declinatio nostrum.
 attrahit enclitica vox accentum sibi vocis 2310
 praemissae, quod eum finalis syllaba servat.
 accentum vocis concisae litera servat,
 quae servaret eum, si vox perfecta maneret;
 quae tibi si desit, huic publica regula servit.
 regula vocali cedit tamen ipsa sequenti. 2315
 accentum servat polysyllaba vox super illam,
 quae praecit extremam, si longa sit haec, aliter non.
 si brevis est, sedet accentus super antelocatam,
 sive sit illa brevis, seu longa, tamen tenet illum.
 accentum servant in compositis facit et fit, 2320
 dum vox composita vocalem servat eandem.

VARIA LECTIO.

2305 dictio| syllaba *SP* 2206 hi| i *M* post v. 2306 scribe dii lege
 di non scripto semper obedi *add. Me* 2310 enclitica *codd.* 2311 eum|
 enim *M* 2312 accentum servat concise littera vocis *Me v. 2312 post 2315*
colloc. P 2319 seu brevis haec fiat seu longa *etc. As* tamen tenet illum
om. P 2320 servat *SMe* 2321 servat *As*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

2305 [*Prisc.*] de acc. 528¹⁸ 2306 *Prisc. I 2982-19* 2307 sq. 'de accen-
 tu barbarorum nominum incerti sumus, quia barbari aliter pronuntiant quam
 nos. tamen saepius barbarae dictiones apud Latinos in fine accentuantur,
 maxime, si sint indeclinabiles, ut Iacob Esau osanna amen' *Io. Ian. in praef.*
parte II. 2310 sq. 'enclitica vox', sc. 'quo va ne': *Prisc. I 5952-4 II 10122*
4771-3 48819-21 [*Prisc.*] de acc. 5211-4 2312-2314 *Prisc. I 12918-1306*
 [*Prisc.*] de acc. 528¹⁶⁻²⁰. — ex.: 'nostris' pro 'nostratis' 'cupit' pro 'cupivit',
 'Vergili' pro 'Vergilii' et 'Vergilie', sed 'deum' pro 'deorum' 2315 versus
 paulo obscurior in *Gl. n.* sic exponitur: 'regula ipsa, quae dicta est super-
 rius' (sc. v. 2312 sq.) 'cedit, i. e. locum dabit regulae communi, cum vocalis
 sequitur vocalem dictionis syncopatae. hoc patet in dictione audiiit.
 primo enim dicebamus audivit, et cadebat accentus super illam syllabam
 di; et, licet i maneat in dictione syncopata, tamen super ipsam non
 cadit accentus' 2316 sq. ex.: 'maiestas' 2318 sq. ex.: 'hominitas simitas'
 2320 sq. ex.: 'calescio calescis calescit', 'calesco calescis calescit' *Prisc. I*
40210-16 *Quaest. gram. cod. Bern. K. Suppl. 1779* *Mag. Caes. 128*

- quando compositum festinat et inde, licet sint
 longa, simul ponas intus longaeque, deinceps;
 his orsum iungunt aliqui.
 pleraque proferre cunctando vel utraque disce. 2325
 barbarus et acuit; obliquis regula servit.
 haec excepta solent usum variare legendi;
 hunc etiam mutat lector, si quaestio fiat.
 Graeca per accentum debes proferre Latinum.
 Accentus normas legitur posuisse vetustas; 2330
 non tamen has credo servandas tempore nostro.
 si sit natura monosyllaba dictio longa,
 circumflectatur, sed si brevis est, acuat.
 si teneat longam disyllaba dictio primam
 sitque suprema brevis, veterum si iussa sequaris, 2335

VARIA LECTIO.

2322 sint| sit *L. A1 A2* lit *P* 2323 ponis *M* 2324 hiis orsum iunges ||
SP his orsum iunges et dices forte seorsum *Me* 2325 pleraque|
 pluraque (*l*) *Me* 2329 proferre| formare *M* 2333 sed| et *S* 2334 lon-
 gam *etc.* primam| *LS* primam *etc.* longam *cett. codd. et e*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES

2322 ex.: 'ulquando siquando nequando, deinde subinde perinde ex-
 indo proinde' *Prisc. II 6710-19 3517-19 7218-21* *Quaest. gram. l. c. 17711* *Mag.*
Caes. 127 *Hug., Desput. 688* 2323 sq. ex.: 'deintus abintus de longe deinceps
 deorsum seorsum'. in his enim aliisque adverbis cum praepositionibus
 compositis antepenultimam, aequae ac in 'deinde' etc., acendum esse
 medii aevi grammatici quidam ex auctoribus de accentibus libri his verbis
 collegorum: 'omnia adverbia composita, quae cum praepositionibus com-
 ponuntur, sub uno accentu pronuntianda sunt, ut deinde exinde' [*Prisc.*]
de acc. 528¹⁶⁻²⁰. multum de hac re in utramque partem disputant *Io. Ian.*
in praef. parte II et Desput. 688, qui grammaticorum communem sen-
 tentiam improbandam non esse censet, 'quam Cicero, Gellius, Servius,
 Priscianus pluresque huius rei sint auctores'. 'cum videamus Ciceroni
 placuisse insanus tertium a fine acvere, licet penultima longa sit, quid
 aegre ferimus accentum quantitati interim repugnare?' 2325 *Prisc. I*
18118-24 *Mag. Caes. 128* *Desput. 668* 2326 ex.: 'Michael Michaelis Israel
 Israelis'; cf. adn. ad v. 2307 2328 'si quaestio fiat', i. e. in interrogatione
 2329 'nos dicimus Helena, cum illi (sc. Graeci) dicant Ελένη; dicimus nos
 Menelaus, cum illi dicant Μενέλαος; dicimus nos Achilles, cum illi dicant
 Ἀχιλλεύς' *Consent. K. V 36424 sq.* 2330-2347 de accentibus anti-
 quorum 2332-2344 [*Prisc.*] de acc. 5216-24 *Diomed. 43116-4326*
Victorin. K VI 19216-19314 *Isid. etym. 1 28*

- circumflectetur prior, in reliquis acuetur.
 servabit legem polysyllaba dictio talem:
 si sit correpta paenultima, quae praecit illi,
 seu sit producta, seu non, tamen est acuenda.
 si sit suprema brevis, et paenultima longa 2340
 fiat natura, sit circumflexus in illa.
 illic in fine circumflectes comitesque.
 et si productam positura dat antesupremam,
 haec acuendo sonat, brevis ultima longavè fiat.
 noster non penitus has normas approbat usus. 2345
 barbara, concisa vox, usus et enclisis ista
 cassant interdum; facit hoc distantia vocum.
 Pausat tripliciter lector; distinctio plena
 namque fit et media, fit subdistinctio terna.
 si suspensiva fiat constructio, quando 2350
 pausabit, media poterit distinctio dici,
 si sit perfecta constructio. si tamen addi
 convenit, ut plena sententia possit haberi,
 si lector pauset, ibi subdistinctio fiet.
 completo sensu fiet distinctio plena; 2355

VARIA LECTIO.

2336 circumflectetur etc. acuetur] *LAz* circumflectatur etc. acuetur
cell. redd. et e 2339 seu] si *Me* 2342 circumflectas *P post v.* 2342 ultima
 producta tibi si sit in (*sic pro et*) antesuprema antesupremam acue sic
 testificatur (testatur (!) *e2*) Athene *add. Me* 2343 et] sed *SMe* 2345 has
 normas approbat] normas has appetit *P* 2346 enclisis *codd.* 2347 cassant]
 quassant *S* hoc] hec *Me* 2352 si] cum *SP* si tamen] sed tamen *Ab*
 2353 plena] plene *ASMe* 2355 fiat *P*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

2342 [*Prisc.*] *deacc.* 528²⁹. — 'comitesque', ut 'illuc istuc illuc istuc illuc'.
 cf. v. 2304 2347 'facit h. d. v.', i. e. hoc fit propter differentiam vocabu-
 lorum 2348—2360 de accentu, prout est in oratione, sive de
 modis pausandi. cf. *Donat.* 372¹⁵—23 *Sergius* 484²²—485⁷ *Dion.*
 437¹⁰—439⁹ *Victorin. K. VI* 192⁸—13 *Cassiod. K. VII* 145²⁸—146¹⁹
Isid. etym. I 30 *Auda. v. K. VII* 324⁸—11 *Dosit. K. VII* 380⁷—13
 428¹⁵—429²⁴ *Comm. Einsid. in Donat. K. Suppl.* 230¹⁹—231¹⁷. — trium
 pausarum exempla sunt in hac periodo: 'si quid agis', (media distinctio
 sive metrum, quod nos dicimus comma) 'prudenter agas'; (subdistinctio
 vel punctos, nobis semicolon) 'et respice finem'. (plena distinctio sive
 periodus, nobis punctum)

haec est periodus mutato nomine dicta.
 est motrum media distinctio; finis habetur
 versus periodus; est subdistinctio punctus.
 pro puncto saepe metras, sed non retroverte,
 sustentans pauses, si bis metrare recuses. 2360

[Capitulum XII]

Pluribus est membris distincta figura loquelae.
 haec sunt schema, tropus, metaplasmus; rursus earum
 quamlibet in proprias species distinguere debes.
 sunt plures aliae scripto vel voce figurae. 2365
 hinc sunt exempla: pleonasmus, acyrologia
 et cacosyntheton et eclipsis, tautologia,
 amphibologia, tapinosis, macrologia,
 perissologia, cacenphaton, aleoteta.
 sed nequit his soloë. vel barbaris. associari;
 sunt etenim vitia nulla ratione redempta. 2370
 barbaris. est vocis corruptio facta Latinae:
 hoc vitium facimus dicendo domina, dominus.
 si tamen eloquiis commisceas verba Latinis
 barbara, doctores hoc dicunt barbarolexim.

VARIA LECTIO.

2359 metras| metres *M* metra *e* non| ne *A* 2362 scema *codd.*
 2363 species proprias *SP* 2365 hinc| h'(haec) *A* *P* sunt| sint *P* 2366 tan-
 tologia *codd. et e* 2374 hoc dicunt| dicunt hanc *M* hanc dicunt *e* barba-
 ralexim *codd. et e*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

2359 'pro puncto s. m.', i. e. pro subdistinctione sive puncto (semicolo)
 saepe media distinctio sive metrum (comma) ponitur 2360 versus in *Gl. n.*
 sic exponitur: 'si te piget facere plura metra, i. e. medias distinctiones vel
 legere puncta depressa, potes legere vocem tuam nec deprimito nec ele-
 vando, sed aequaliter sustinendo. totum istud patet in legendis epistolis et
 evangeliiis et aliis sermonibus' 2361—2368 *Donat. 39426—28 Diom. 449c—d*
Pomp. 2931—s. — 'soloë, barbaris.', i. e. 'solocismus, barbarismus': 'male
 imperitum vulgum cum Alexandro soloe trissyllabum profert' *Despaut.*
 2371—2376 *Donat. 3926—39424 Serr. in Donat. 44329—44718 Charis.*
 2651—27021 *Diom. 35122—4562 Prisc. II 11112—13 Pomp. 2831—29289*

- est soloëcismus incongrua copula vocum, 2375
 ut, si dicatur vir bellica, sponsa pudicus.
 barbaris. et soloë. tibi sint penitus fugiendae.
 Improprie posita vox format acyrologiam,
 si dicas requiem timeo vel spero laborem.
 dictio turpe sonans cacemphaton: arrigit aures 2380
 detur in exemplum voi tu cum compare ludis.
 atque supervacua debet dici pleonasmos
 additio vocis, ut sic est ore locuta.
 signat idem verbis diversis tautologia:
 exultans redeo rursus gaudensque revertor. 2385
 dicitur unius verbi defectus eclipsis,
 quod poni decet, ut fiat constructio plena:
 haec secum: precibusne bonum parere precantis?

VARIA LECTIO.

ee. 2375—2377 om. P 2377 sint| sunt A₃ Me 2379 dicas| dico P
 vel| et S vel spero| speroque A₁ 2384 tautologia codl. et e 2387 decet
 ut fiat| debet ut sit A₂ e decet fiat ut M 2388 precibusne| precibusne
 A₂ A₃ S precantis| parentis SA₁ A₄

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

Iulian. K. V 323³⁰—324²⁰ Consent. K. V 386¹—389¹⁶ Marius Plotius
 K. VI 451⁴—23 Audaë K. VII 361¹⁴—362²¹ Isid. etym. I 33

2378 sq. Donat. 391²⁰—31 Charis. 270²⁰—25 Diom. 419¹²—17 Pomp.
 293²—13 Mar. Plot. 453¹²—16 Serv. in Aen. I 198 II 628 III 226 all. U.
 Isid. l. c. 2380 sq. Donat. 391²⁰—395² Charis. 270²⁰—26 Diom. 451⁹—7 Pomp.
 293¹⁴—31 Mar. Plot. 453¹⁶—18 Serv. in Aen. I 193 II 27 III 203 Cassiod. G.
 II 131¹¹ 268² Mart. Capella II. 475²¹—26 Aeron in Horat. art. poet. 355. —
 exemplum prius positum est ex Terent. Andr. V 1, 30: 'arrigo aures,
 Pamphilo' ap. Donat., Diom., Pomp. ll. cc. 2382 sq. Donat. 395⁸ Charis.
 271¹—8 Diom. 419¹⁸—21 Mar. Plot. 454¹ Serv. in Verg.
 Aen. I 208, 614 II 378 all. U. Mart. Capella II 483²—5 Aeron in Horat.
 sat. 1, 2, 4. — 'sic ore locuta est' Verg. Aen. I 614 ap. Prisc. II 109²⁶ Donat.,
 Charis., Diom., M. Plot. ll. cc. 2384 sq. Donat. 395¹⁰ Charis. 271¹⁶
 Diom. 450¹⁶—18 Pomp. 294¹⁹—24 M. Plot. 454⁸—11 M. Capella II. 482¹⁹—16
 Serv. in Aen. II 627 III 524 Cassiod. G. II 641 206² Isid. etym. I 34. —
 scripturam codicum 'tautologia', licet etiam glossatores lexicographique
 mediæ ævi vulgo exhibeant, retinere nolui 2386—2388 Donat. 395¹¹
 Charis. 271⁴—7 Diom. 450¹⁹—21 Pomp. 294²⁵ M. Plot. 454¹²—14 Serv. in
 Aen. I 65, 371 Cassiod. G. II 285² Aeron in Horat. epod. I 5 in sat.
 II 4, 83 Isid. l. c. — 'haec secum' Verg. Aen. I 37 ap. Prisc. II 110²⁴
 Donat., Pomp. ll. cc.

- cum per verba rei magnæ submissio fiet,
 tunc tapinosis erit, si dicatur mare gurgus. 2390
 et male confusa cacosyntheton est vocitanda
 congeries vocum.
 discipulos caedit cum virgis terga magister.
 perissoiogia dicenda superflua vocum
 additio sine vi rerum, quæ significantur: 2395
 qua poterant, ibant, sed non, qua non potuerunt.
 cum res comprehendit varias sententia longa,
 macrologia datur; prologis hoc sæpe videmus.
 amphibologia [est] constructio non manifestans
 sensum perfecte: puto te socium superare. 2400
 hoc fit multotiens, quia non determino plene
 affectum mentis defectu præpediente,
 sive duplex sensus ex verbis possit haberi.
 confundit casus, numeros, genus alleoteta.

VARIA LECTIO.

2396 sed| et P Me 2399 [est] om. A₃ P, add. rett. codl. nimirum
 talis additio repugnat Alexandri ipsius præceptis; vide v. 1603 sq. et vv.
 2432—2434 2401 hoc| hec Me

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

2389 sq. Donat. 395¹³—17 Charis. 271¹⁸—21 Diom. 450²⁷—31 Pomp.
 291²⁷—295² M. Plot. 451¹⁶ Serv. in Verg. ecl. VI 76 in Aen. I 118, 465
 II 19, 44 all. U. Cassiod. G. II 672 1211 290² 3211 Aeron in Hor. carm.
 II 1, 33 Porphyg. in Hor. epist. I 15, 28 I 17, 49 Isid. l. c. — 'täpinösis' pro
 'täpinösis' (ταπεινότης). — 'mare gurgus': 'apparent rari nantes in gurgite
 vasto' Verg. Aen. I 118 ap. Mar. Plot. 418² Consent. 388¹⁸ Isid. l. c. cf.
 Horat. carm. II 1, 33 Graec. II 11 2391 sq. Donat. 395¹⁸ Charis.
 271²²—25 Diom. 451¹⁷—20 Pomp. 295³—13 M. Plot. 451¹⁷ Serv. in Aen. IX
 606 2393 cf. Verg. Aen. LX 606: 'versaque iuvenum terga fatigamus
 hasta' ap. Donat., Charis., Diom., M. Plot., Pomp., Isid. ll. cc. 2394—2396 Donat.
 395⁵ Charis. 271¹⁸—11 Diom. 419²²—25 Pomp. 294¹⁷—33 M. Plot. 451¹⁹—5 Serv.
 in Aen. I 658 II 10 all. U. Isid. l. c. — exemplum ab auctore supra allatum
 invenies ap. Prisc. II 110⁹ Charis., Diom., Pomp., M. Plot. ll. cc. 2397 sq.
 Donat. 395⁷—9 Charis. 271¹²—15 Diom. 419²⁶—31 Pomp. 294¹⁹—19 M. Plot.
 451⁶ Isid. l. c. 2399—2403 Donat. 395²⁰—26 Charis. 271²⁶—32 Diom.
 450¹—16 Pomp. 295¹⁴—29 M. Plot. 455¹ Mart. Capella II. 461⁷ Cassiod.
 G. II 651 Isid. l. c. Aeron in Hor. art. poet. 419 2404 'alleoteta': 'ab
 alleon, quod est alienum, et thesis, positio, quasi unius pro alio positio'
 Gl. M. cuius figurae Donato ceterisque grammaticis supra laudatis ignotae

Addendo saepe fiet metaplasmus, et eius 2405
 prothesis est species et epenthesis et paragoge.
 subtrahis interdum; species tunc eius habendae
 auferesis vel syncopa sunt vel apocopa finis.
 auferesis tollit capiti; sed prothesis addit.
 syncopa de medio tollit, quod epenthesis auget. 2410
 hoc, fini tollit quod apocopa, dat paragoge.
 si longam brevis, debet tibi systola dici.
 ectasis esse solet, si producas breviandam.

 VARIA LECTIO.

2405 [fiet] sit *Me* 2407 subtrahit *P' Me* 2408 auferesis *omn. codd.*
 apheresis et aphaeresis *ez* vel apocopa] et ap. *PM* 2409 sed] *LA2As*
 quod *SPAM* 2411 tollit quod apocopa] quod apocopa tollit *P'*, quod
 tollit apocopa *A1A2* auferit apocope finem quem dat paragoge *Me*
 2412 brevis *P'* 2413 ectasis *A1S* extasis vel extasis *cell. codd.* pro-
 ducas] producis *PAsMe*

 TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

nomen et definitionem auctor ex *Prisc. II 18320 sq.* sumpsit, ubi 'per figuram, quam Graeci ἀλλοιότητα vocant, i. e. variationem, diversa genera et diversos numeros et casus confundi' docetur. eadem figura occurrit in *Graec. II 19* in *Brev.*, ap. *Io. Ian., Manc., Desput.* — v. 2404 repetivit *Manc.*

2408 'auferesis' pro 'aphueresis (ἀφαιρέσις): scripturam eodiuom commutare nolui, ne metrum omnino disturberetur; derivabant enim illius aetatis homines vocem ab 'auferendo'. cf. *Io. Ian. s. v., Graec. I 7* 2409 *Donat. 3961*, 8 *Charis. 2781-7*, 16-17 *Prisc. I 3532 35426* *all. II. Diom. 4402-4414 44120-26 M. Plot. 45130-32 4526* *Serv. in Aen. I 59, 203, 430, 542* *Acron in Hor. carm. I 25, I Isid. I 35.* — ex.: 'temnere divos' (*Verg. Aen. VI 620*) pro 'contemnere'. 'gnatouque patrique' (*Verg. Aen. XI 178*) pro 'nato' 2410 *Donat. 3963-5*, 10 *Charis. 27818-20* *Diom. 4416-10, 27-30 M. Plot. 4521*, 7 *Serv. in Aen. I 26, 200, 248 III 361* *all. II. Isid. l. c.* — ex.: 'extincti' (*Verg. Aen. IV 682*) pro 'extinxi', 'Mavors' (*Verg. Aen. VI 872*) pro 'Mars.' — v. 2410 repetivit *Manut.* 2411 *Donat. 39612 Prisc. I 3731 52027 59214* *Charis. 27813, 21* *Diom. 44117-19, 31-34 M. Plot. 4523*, 7 *Isid. l. c.* — ex.: 'dic' pro 'dice', 'mi' pro 'mihī', 'admittier' (*Verg. Aen. IX 231*) pro 'admitti' -- v. 2411 ea, quae est in *Me*, formula repetivit *Manut.* 2412 *Donat. 39616* *Charis. 2791-3* *Diom. 4426-10 M. Plot. 45216* *Serv. in Aen. I 73 VI 643 VII 231* *all. II. Acron in Hor. sat. I 3, 66.* — ex.: 'abstupuī steteruntque comme' (*Verg. Aen. II 774*) pro 'steterunt'. 2413 *Donat. 39614* *Charis. 27826-28* *Diom. 4421-4 M. Plot. 45217-27* *Pomp. 29717-19* *Serv. in Aen. I 343 X 473* *Isid. l. c.* — ex.: 'exercet Diana choros' (*Verg. Aen. I 499*) pro 'Diana'

bis binas species habet ectasis, hasque vocamus
 caesuras: faciet penthemimerim tibi terni 2415
 syllaba prima pedis; ibi producis breviandam.
 semi- vel ante- praeit, produceturque secundi
 prima pedis, ut in hoc poteris cognoscere versu.
 quarti prima pedis hephthemimerim tibi format
 producendo brevem: versus hoc denotat iste. 2420
 posthephthomimerim dat quinti syllaba prima
 curtam producens, sicut versus habet iste.
 altera caesurae species, si subiciatur
 in vel vocali vox, cuius litera prima
 vocalis, nec in his ideo collisio fiet: 2425
 o utinam populum hunc salvet gratia Christi.
 syllaba dividitur, et dieresis vocitatur:
 aulai in medio libabant pocula Bacchi.
 si iungas plures, dic syneresim tibi factam.
 haec eadem species dicatur episyralimphe: 2430

VARIA LECTIO.

4414 hasque] atque S 4415 penthemimerim vel penthemimerim
 codd. et e 2416 produces S Me 2419 eptimimerim codd. et e 2421 post-
 eptimimerim codd. 2424 est in fine add. L A S, sane contra auctoris
 ipsius praeceptum v. 1603 sq. datum; cf. v. 2432 sqq. 2430 episyralimphe
 vel episyralimphe omn. codd., ut v. 2432 simalimpha

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

2414-2426 figurae, quae dicitur ectasis, hic adnumerantur diversae
 species caesurae. caesura enim medii aevi grammaticis erat 'unnaturalis
 extensio, quae sit in principio pedis et in fine dictionis (sed nec in
 primo nec in ultimo pede versus), quando syllaba brevis producitur'
Gl. n. cf. Io. Ian., Brev. auctor singulis versibus et rem definit et
exemplum ponit 2427 [*Prob.*] *de ult. syll. K. IV 263²¹⁻²⁵ Donat.*
396¹⁸ Charis. 279⁴ Diom. 442¹¹⁻¹⁴ Pomp. 297^{28-298⁴} Consent.
389¹³⁻¹⁷ M. Plot. 449¹⁻³ Porphyr. in Hor. epod. XVI 59. — 'dièresis' pro
'diacrosis'; cf. 'hèresis' vv. 268, 1810 et 'synèresis' v. 2429 2428 exemplum
ex Vergy. Aen. III 354 petium exstat ap. *Prisc. I 37¹⁸ 284²⁴ II 112²¹*
Pomp. l. c. [Sery.] in Donat. 548⁴, in quibus locis plurimi codices, sicut nostri
omnes 'aulai in medio' pro 'aulai medio' exhibent. 2429 sq. Prisc. I 590^{v-14}
[Prob.] de ult. syll. 263²⁰ Donat. 396²⁰⁻²² Charis. 279⁶ Diom. 442²⁰⁻²⁴
Pomp. 298⁵⁻⁸ Consent. 389¹⁸⁻²⁰ 400²²⁻²⁷ M. Plot. 449⁴⁻⁶ 453¹⁻⁴ Beda K.
VII 248^{20-250¹⁰}. — 'episyralimphe' pro 'episyralimphe' (ἐπισυναλοιφή)

fixerat acripedem cervam.

cethlipis necat m, sed vocalem synalimpha.

tu populum, alme pater, salvasti a morte redemptor.

viles sunt istae prae cunctis et renuendae.

syncretisis istarum solet utraque saepe vocari. 2435

non solum voces, sed tempora saepe videmus

elidi metris, velut hic: vale, inquit, Iolla.

dicitur antithesis, si litera ponitur una,

ponere cum debes aliam: sic dicimus olli.

metathesim facies, si transponas elementum, 2440

si dicas Teuere, cum debes dicere Teucer.

a te vitari debent species metaplasmii;

sed penthemimeri sola modo nos decet uti.

syncopa cum fiet, patrum vestigia servet.

VARIA LECTIO.

2431 vir aeneus esto *add. Me* 2432 elipsis *LAPM* eclipsis *Se*
 sed vocalem synalimpha] perimit sinalimpha vocalem (!) *SAP* 2433 pater]
 deus *As* redemptor] redemptum *Me* 2434 renuendae (*c. gl. interl.*: uel
 remouende) *L* removende *cell. codd. et e* *vv.* 2434. 2435 *inverso ordine in S*
 2435 *synthesis S* *syncretisis cell. codd.* 2440 *transpones S* *elementa SM*
 2441 *dicas]* *dicis Se* *dicis Me* 2443 *sola modo]* *solum modo SPMe*
decet] *licet S* 2444 *cum fiet]* *si fiat P*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

2431 idem exemplum, ex *Verg. Aen. VI 803* depromptum, afferunt
Charis., Diom., Pomp. ll. cc., Prisc. II 113^m 2432 *Donat. 396^z, 27 Diom.*
112^{is}, 26 Charis. 279^z, 12 Pomp. 298^a-30 Consent. 389⁸⁰-390²⁰ 400²⁸-401⁸
Victorin. K. VI 66⁵-16 Beda K. VII 246²⁸-248²⁷ 253²⁰-21 Serv. in Aen.
II 16, 778 VII 740 [Prob.] de ult. syll. 264¹⁰ Isid. l. e. - v. 2432 e
lectione codd. SAP repetivit *Manut.* 2433 exemplum unde petitum
 sit, non constat 2434 vide v. 1603 sq. 2435 *Diom., Donat., Consent. ll.*
cc., I. Toletan. K. Suppl. CCXXXV^{is} 2436 sq. *Pomp. 119⁴-10 Beda K.*
VII 254². - 'vale, inquit, Iolla' *Verg. ecl. III 79 ap. Charis. 204⁸ Pomp.*
l. e. M. Plot. 507⁶ Bed. l. e. Serv. in Aen. IV 409, - ultima syllaba verbi
 vale, cum sit producta, duo tempora habet, sed in hoc exemplo, cum brevis
 efficiatur, non habet nisi unum 2438 sq. *Donat. 397¹ [Prob.] de ult.*
syll. 264¹³ Charis. 279¹⁶-18 Dimm. 112²⁸-30 Pomp. 298^m-299² Consent.
390¹⁶-18 404⁴ M. Plot. 452¹¹ I. Rufinian. II. 51⁵-15 Serv. in Aen. IV 529
Isid. l. e. 2440 sq. *Donat. 397² [Prob.] 264¹⁵ Charis. 279²⁰ Diom.*
112³¹-34 Pomp. 299¹¹-18 Consent. 390¹⁸-20 M. Plot. 452¹³ I. Rufinian. II.
503⁰-32 Isid. l. e. 2443 'modo', i. e. nunc; cf. v. 2290

Dat species tibi schema prolempsim, zeugma, sylempsim; 2445
 est et hypozeuxis, anadiplosis, epanalempsis;
 est et epizeuxis et anaphora, paronomoeon;
 est schesis onomaton, his additur homoteleuton,
 et paronomasiam, polyptoton addis, hirinos;
 iungis homoptoton his, pariter polysyndeton addis; 2450
 ultima dialyton vel asyndeton est vocitanda.
 praesumit, quae sunt suprema locanda, prolempsis:

VARIA LECTIO

2445 scema prolempsim (prolempsim *M*) zeuma silempsim (silensim *M*)
 codd. 2446 et om. *A* ypozeusis et epinalempsis (epinalensis vel epy-
 nalensis *MS*) codd. 2447 est et] post sit *P* epizeusis codd. paranomion *S*
 paranomia *Me* 2448 cesionomaton codd. et e his additur] *As* paro-
 meon *A*₁ paromion *L* peranomoon *SP* peronomeon *M* paranomeon *e*.
 cum postea ista una figura, quae in priore versu dicitur panonomoeon,
 tractetur (vide v. 2476 sq.), utque ex interpretatione ipsa intelligatur
 paronomoeon et paromeon sive potius parhomoeon unum et eandem esse
 figuram, codicum, quavis potiorum, auctoritatem hoc loco negligendam pu-
 tavi. homoteleuton] omoteleuton *L A*₁*S* omothelenton *A*₂*As* omoleun-
 ton (!) *M*. 2449 paronomasia *M A*₃ *e* paronomasiam cett. codd. polyptoton]
 politeton *L A*₁*A*₂ polithoton *As* polisintheton vel polisinteton *SP Me*
 addis hirinos] *L A*₁*A*₂*Me* addis erinos *S* additur istis *P* additur hyrmos *As*
 2450 omoptoton codd. et e polisintheton vel polisinteton *L A*₁*As* pariterque
 polipteton *SP M* pariterque polyptoton *e* 2451 asyntheton vel asintheton codd.

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

2445-2451 *Donat.* 397⁵⁻¹¹ *Charis.* 279²³⁻³⁰ *Dion.* 443⁶⁻³⁰ *Pomp.*
 300³¹⁻³⁶. — 'sylempsim' (v. 2445; cf. vv. 2456, 2458) una l litera cum codi-
 cibus propter metrum scripsi. — 'anadiplosis' (v. 2446; cf. v. 2465): 'cor-
 ripit puenultimam' *Io. Ian. s. v.* Graecis tamen est ἀναδίπλωσις. —
 'paronomoeon' (v. 2447; cf. v. 2477): 'a para, quod est coniunctio vel ad, et
 onomeon, quod est simile, quasi assimilatio' *Io. Ian. in praef. p. IV. s. v.*
 'paronomoeon' sive 'paronomeon' vel 'parhonomion' pro 'parhomoeon' etiam
Donati et Charisii codices quidam locis modo citatis exhibent. — 'homo-
 teleuton' (v. 2448; cf. v. 2484) pro 'homocoteleuton' (ὁμοιοτέλετον). —
 'polyptoton' (v. 2449; cf. v. 2486) pro polyptoton (πολυπτωτον); vide v.
 1932 et adn. ad v. 2600 — 'homoptoton' (v. 2450; cf. v. 2481) pro 'homoeo-
 ptoton' (ὁμοιοπτωτον). — 'hirinos' (v. 2449) vel 'yrinos' sive 'irinos'
 pro 'hirmos' etiam ap. *Isid. etym.* I 36 ed. a. 1472, ap. *Io. Ian.* et in *Brev.*
 invenitur; cf. tamen v. 2489 2452 *Donat.* 397¹² *Charis.* 280¹ *Prisc.* II
 125¹⁵ 183²¹ *Dion.* 443²¹, 29 *Pomp.* 301¹⁻⁹ *M. Plot.* 156⁷ *Comm. Einsid.*
 in *Don. K. Suppl.* 268³³⁻²⁶⁹ *Serv. in Aen.* I 2 IV 42 VI 900 *Bedu H.*
 60⁸⁰⁻¹⁹ I. *Rufinian.* II. 481-9 *Cassiod. G.* 62¹ 68¹ *Isid. l. c.*

cerno ducentos hinc natos hincque nepotes.
 zeugma fit in verbo, si plurima clausuris uno:
 hymnus, Christe, tibi, tibi laus, tibi gloria detur. 2455
 clausas dissimiles ligat una voce sylempsis:
 in te, Christe, salus, in te sunt praemia nostra.
 cum colectivo iunctum plurale sylempsim
 assignant aliqui: plebs ista parant equitare.
 sed magis est propria constructio: plebs parat ire. 2460
 estque sylempsis, ubi pro multis ponitur unus,
 ut, cum dicis: adest rex multo milite cinctus.
 reddit hypozeuxis personae plurima verba
 uni: nos mundet, nos ornet gratia Christi.
 fiet anadiplosis verbi geminatio, quando 2465
 principium clausae fit idem cum fine prioris:
 nummis istorum caret alter et alter abundat.
 clausis principium dat anaphora pluribus unum:

 VARIA LECTIO.

2457 nostra] multa *M* 2459 aliqui] plures *S* 2461 unus]
 unum *S* *A* *P* 2462 cum] si *S* vv. 2463. 2464 om. *S* v. 2465 om. *A*
 2466 lit] sit *P* clausae fit idem] fit idem clause *A*

 TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

2454 *Donat.* 397¹⁵ *Charis.* 280⁹ *Dion.* 444-10 *Pomp.* 301¹¹⁻²¹
M. Plot. 456¹⁴ *Comm. Einsid.* l. c. 269¹⁰⁻²⁰ *Beda H.* 608¹⁴⁻²⁰ *Rufinian.* II.
 48²¹⁻²⁴ *Cassiod.* G. II 47² *Isid.* l. c. 2456--2462 *Donat.* 397²³⁻²⁷ *Charis.*
 281⁴⁻⁹ *Dion.* 443¹⁻⁴¹⁵⁴ *Pomp.* 301²⁸⁻³⁰²²⁴ *M. Plot.* 457¹⁻²² *Comm.*
Einsid. l. c. 269²⁷⁻²⁷⁰⁸ *Rufinian.* II. 48¹⁰⁻²⁰ *Beda H.* 608³⁰⁻⁶⁰⁹³ *Serv. in*
Aen. I 58³ II 23¹ V 108 *Cassiod.* G. II 30² *Porphyr. in Hor. carm. saec.* 25,
in sat. I 1, 23 I 3, 10 I 3, 70 *Prisc.* II 183²¹ *Isid.* l. c. 2463 sq. *Donat.*
 397¹⁸ *Charis.* 280¹⁸ *Dion.* 444²¹ *Pomp.* 301¹² *M. Plot.* 456²⁰⁻²² *Comm.*
Einsid. l. c. 269²¹⁻²⁶ *Beda H.* 608²¹⁻²⁹ *Rufinian.* II. 49¹⁻¹² *Cassiod.* G.
 II 50² *Isid.* l. c. 2465 sq. *Donat.* 398¹ *Charis.* 281¹¹ *Dion.* 445^{7, 11} *Pomp.*
 302²⁷⁻²⁹ *M. Plot.* 458⁴ *Beda H.* 609⁴⁻⁹ *Cassiod.* G. II 76¹ *Isid.* I 36
Cod. Bern. ap. K. Suppl. XLVII¹⁰, quibus quidem auctoribus excepto
 Cassiodoro anadiplosis est 'geminatio dictionis ex ultimo loco praecedentis
 versus et principio sequentis' 2468 *Donat.* 398⁵ *Charis.*
 281¹⁵ *Dion.* 445^{13, 21-24} *Pomp.* 302³²⁻³⁴ 303¹ *M. Plot.* 458⁷ *Beda H.*
 609¹⁰⁻¹⁸ *Cassiod.* G. II 82² 139¹ *Cod. Bern.* l. c. XLVII^{126-XLVIII}
Isid. l. c., a quibus omnibus anaphora vocatur 'repetitio sive relatio eiusdem
 verbi per principia versuum plurimorum'

Christus mundavit, Christus nos purificavit.
 principio finem facit epanalempsis eodem: 2470
 nobis grata prius non sunt, modo congrua nobis.
 unius est epizeuxis geminatio verbi
 significantis idem: me, me petit ultio digna.
 voces, paene pares quae sunt, diversa notantes
 dant paronomasiam: non curas vera, sed aera. 2475
 principium simile voces iunctae retinentes
 dant paronomoeon: vim vitat virgo virilem.
 iunctura simili voces multae sociatae
 dant schesis onomaton: umbone repellitur umbo,
 pes pede comprimitur, ensisque retunditur ense. 2480
 clausula totalis tibi format homoptoton uno

VARIA LECTIO.

2470 eodem *L. A2* eodem *superscr.* eundem *A1* eundem *cett. codd. et e*
 2472 verbi *L. A2 A3 P* uerbo *superscr.* uocis *A1* uocis *SM* *vv. 2474. 2475 om.,*
m. recentiss. add. L. 2479 cesionomaton *codd. (ut supra v. 2448)* 2480 reton-
 ditur *A1* 2481 omoptoton *codd. (ut supra v. 2450)*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

2469 exemplum repetitur a *Io. Ian. s. v. 'anaphora'* 2470 *Donat. 398⁹*
Charis. 281¹⁸ Diom. 445²⁵—446⁸ Pomp. 303²—4 M. Plot. 458¹¹—13 Bedu II.
609¹⁹—22 Cassiod. G. II 268 Isid. l. c. 2471 exemplum reperies ap. *Io. Ian.*
in praef. part. IV. s. v. 'epanalempsis' 2472 sq. *Donat. 398¹² Charis. 281²¹*
Diom. 446⁹ Pomp. 303⁷—11 M. Plot. 458¹⁴ Bedu II. 609²³—28 Cassiod. G.
II 54¹ 109² Isid. l. c. Cod. Bern. l. c. XLIX⁴. — 'me me p. u. d.' cf.
 'mp me (adsum qui feci), in me convertite ferrum' *Very. Aen. IX 427* ap.
Donat., Pomp., Charis., M. Plot. ll. cc. 2474 sq. *Donat. 398¹⁵ Charis. 282¹—4*
Diom. 446¹³—19 Pomp. 303¹² M. Plot. 458¹⁸—24 I. Toletan. K. Suppl.
CCXXXVI²⁸—CCXXXVII³ Bedu II. 609²⁶—610² Isid. l. c. — exemplum
 supra positum repetitur a *Io. Ian. in praef. part. IV. s. v. 'paronomasia'*
 2476 sq. *Donat. 398²⁰ Charis. 282⁷ Diom. 446³⁰—47³ Pomp. 303²⁸—32*
M. Plot. 458²⁹—459¹ Bedu II. 610⁸—13 Isid. l. c. — de scriptura 'parono-
 moeon' vide adn. ad v. 2447. — exemplum auctoris repetit *Io. Ian. l. c. s. v.*
 'paranomeon' 2478 sq. *Donat. 398¹⁷ Charis. 282⁶ Diom. 446²⁴, 27 Pomp.*
303¹⁰—27 M. Plot. 458²⁵ I. Toletan. K. Suppl. CCXXXVII⁹—13 Bedu II.
610⁶—7 Cassiod. G. II 341² Isid. l. c., quorum quidem plerique hanc
 figuram nonnihil aliter interpretantur 2481 sq. *Donat. 398²² Charis.*
282¹² Diom. 447¹²—19 Pomp. 304¹—7 M. Plot. 459⁶—16 I. Toletan.
CCXXXVII²⁰—27 Bedu II. 610²⁸—35 Cassiod. G. II 311¹ Isid. l. c. —
 'homoptōton' pro 'homoeoptōton'; cf. adn. ad v. 2450

casu contenta: flentes tristes lacrimantes.
 cum plures voces sub fine tenentur eodem,
 homoteleton erit; hinc carmina consona subdis
 huicque leonina simul et caudaria iungis. 2485
 per varios casus distincta polyptoton implet
 clausula: litoribus contraria litora, fluctus
 fluctibus esse precor, populos populis inimicos.
 longa tenens seriem constructio dicitur hirmos:
 principio caelum, terras camposque liquentes 2490

VARIA LECTIO.

2484 omothelenton L_1A_3 omotolenton A_1A_2S omotolentos S
 hinc] sic (in ras.) A_2 si P' huic A_3Me carmina consona LS consona
 carmina cett. codd. et e 2485 huicque] huic L atque SMe iungis]
 iungo m. rec. corr. in iungis S iungas A_1 2486 politheton $L_1A_2A_3$
 polipteton A_1PM polinteton S polyptoton e 2487 littora litoribus con-
 traria L_2 2488 populis populos SP 2489 constructio] sententia S
 dicitur hirmos] LAP fiat yrimos S format hyrimos e (cf. v. 2449) 2490 cae-
 lum terras] eolum terram $SPMe$ celum et terras A_1 et eras. L li-
 quentes] patentes *superscr.* vel liquentes A_3 patentes $SPMe$

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

2482 'flentes l. l.' cf. 'miserentes flentes lacrimantes ac miserantes' *Enn.*
ann. I. 107 (ed. Vahl.) ap. *Donat., Charis., Dion., Pomp. ll. cc.* 2483 sq. *Donat.*
398²⁴ Charis. 282⁹ Dion. 447⁵ Pomp. 3047-11 M. Plot. 459⁸⁻⁵ I. Toletan.
CCXXXVII²⁸ sq. Serr. in Aen. II 56 III 663 VIII 435 IX 606
Beda II. 610¹⁴⁻²⁷ Cassiod. G. II 273¹ Isid. l. c. — de forma 'homotele-
 lenton' cf. adn. ad. v. 2448 2484 sq. 'carmina consona, leonina,
 caudaria': de eiusmodi versibus a poesi antiquorum alienis, quibus
 auctor Doctrinalis tam frequenter usus est, dicit *Beda K. VII*
244¹⁰ sq.: 'optima autem versus ductylici ac pulcherrima compositio
 est, cum primis paenultima ac mediis respondent extrema, qua Sedulius
 frequenter uti consuevit, ut "pervia divisi patuerunt caerulea ponti"
 (versus leoninus) et "edidit humanas animal peculo loquelas"' (versus
 consonans) 2486-2488 *Donat. 398²⁷ Charis. 282¹⁴ Dion. 447²¹ Pomp.*
304¹² M. Plot. 455²² I. Toletan. CCXXXVIII⁴ Beda II. 610^{36-611⁹}
Isid. l. c. — exemplo supra posito auctor imitatus est *Verg. Aen. IV*
628 sq., quos versus *Donat., Charis., M. Plot., I. Tolet., Beda ll. cc.* aliique
 repetiverunt. — vv. 2486-2488 paucis mutatis reperies ap. *Manc. 2489 Donat.*
398³⁰ Charis. 282¹⁷ Dion. 447²⁸ Pomp. 304¹⁶⁻¹⁸ M. Plot. 455²⁵ Beda II.
611⁴⁻⁹ Cassiod. G. II 170² 372² Isid. l. c. — v. 2489 repetit *Manc.*
 2490-2492 exemplum vocabulis 'Titaniaque' ad evitandam elisionem (cf.
 vv. 1603 sq., 2434) in 'solis iubar' mutatis depromptum est ex *Verg.*

lucentemque globum lunae, solis iubar, astra
spiritus intus alit.

diversas voces coniunctio plurima iungit,
sic polysyndeton est: materque paterque neposque.
cum sine iunctura variae voces iterantur, 2495
dialyton facient: rex, miles, plebs negat illud.

Multa tropi species: metaphora, metonomia,
antonomasia, catachresis vel metalempsis,
onomatopoeia vel epitheton, homozeugis,
synodoche vel periphrasis, simul allegoria; 2500
addis hyperbaton his et hyperbole.
cum res est alii similis, pro nomine nomen
ponitur, ut fit, homo simplex cum dicitur agnus,
debet metaphora dici translatio talis.

VARIA LECTIO.

2492 intus] intus *superscr.* unus A_1 unus Me_1 intus unus (!) ex
2493 iungit] reddit M 2494 polisintheton *codd.* 2495 iterantur] so-
ciantur *m. rec. superscr.* A_1 sociantur PMe cum voces varie sine iunctura
sociantur S . 2497 methonomia vel metonomia *codd.* 2498 catha-
chresis vel catachresis, methalempsis vel metalempsis sive methalensis *codd.*
vv. 2498. 2499 *inverso ord. in P* 2499 onomothopeia vel onomotopeia
codd. homozeugis] epizeusis P et omozeusis Me omozeusis *cett. codd.*
2500 synodoche vel sinodoche *codd.* synecdoche e_1 2501 sit sociata *m. rec.*
add. A_1 connumerabis *add. A_3* uult comes esse *add. Me* 2503 fit (*c.*
n. interl. ut fieri solet) L sit *cett. codd. et e*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

Aen. VI 724 *sqq.* ap. *Donat., Charis., Diom., Pomp., Plot. ll. cc. Cledon.*
K. V 344

2493 *sq.* *Donat.* 399₄ *Charis.* 283₁ *Diom.* 447₂ *Pomp.* 304₂₂ *Plot.* 455₃₁
Beda H. 611₁₀₋₁₈ *Cassiod. G. II* 131₁ 268₂ 2495 *sq.* *Donat.* 399₈ *Charis.*
283₆₋₁₄ *Diom.* 448₆₋₇ *Pomp.* 304₂₃ *Plot.* 456₃ *Beda H.* 611₁₄₋₁₇ *Isid. l. c.*
2497--2501 *Donat.* 399₁₉₋₁₈ *Charis.* 272₂₋₇ *Diom.* 456_{27-457₃} *Pomp.* 305₂₋₆
Beda H. 611₁₉₋₂₃. — 'metonomia' (v. 2497, cf. v. 2509): codicum scripturam
metri causa retinui pro 'metōnymia' (μετωνυμία). 'synodoche' pro 'synec-
doche' (συνεχδοχή) eadem de causa cum libris scripsi: 'a sin, quod est
con, et odoche, quod est captatio vel exspectatio, quod per intellectum
partis capitur et exspectatur intellectus totius et e converso' *Io. Ian. s. v.*
2502--2504 *Donat.* 399₁₇₋₃₀ *Charis.* 272₈₋₃₀ *Diom.* 457₄₋₃₃ *Pomp.* 305_{7-306₁₃}
Plot. 466_{27-467₃} *Serv. in Aen.* II 19, 629, *Beda H.* 611_{24-612₁₁} *Cassiod.*
G. II 97₁ 468₂ *Isid. etym.* I 37 *Acron in Hor. carm.* I 5, 13 I 14, 1 I 14,
11 I 17, 16 I 22, 7 *all. ll.* vv. 2502. 2503 fere integros repetivit *Mane.*

fit catachresis, ubi sub nomine res alieno signatur: sic pisce carens piscina vocatur.	2505
pro praecunte sequens positum faciet metalempsim, ut, cum significas annos tot per tot aristas.	
plures esse modos reperimus metonomiae, cum pro contento, quod continet, aut vice versa	2510
ponitur, aut factor pro facto vel vice versa. antonomasia solet excellentia dici, si proprium taceas ponens nomen generale: sic David insinuas nomen dicendo prophetae. si iungam proprium voci rem significanti,	2515
fiet epitheton, ut si dicas tristia bella. si partem sumas pro toto vel vice versa,	

VARIA LECTIO.

2511 vice versa] retrouerte *SPMe* 2513 ponens nomen] nomen
ponens *A₂Me* si nomen taceas proprium p. g. P 2514 dicendo] ponendo
A₂Me 2515 iungas *SPMe* si proprium uoci iungas (!) etc. *A₃* 2516 ut
si dicas] sic dicas *L A₂ A₃ Me* si dices *A₁* ut dicas P

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

2505 sq. *Donat.* 4001-3 *Charis.* 2731-4 *Diom.* 4581-6 *Pomp.*
30614-25 *Plot.* 4673-5 *Beda II.* 61212-24 *Serv. in Aen.* VII 164
Cassiod. G. II 1401 *Isid. l. c.* — 'piscina': 'dicimus piscinam, quae
pisces non habet' *Donat. l. c.* cf. *Pomp., Beda II. cc., Despart.* 707
2507 sq. *Donat.* 4004-6 *Charis.* 2735-9 *Diom.* 4587-12 *Pomp.* 30626-3071
Plot. 4674-6 *Serv. in Aen.* IX 233 in *ecl.* I 70 in *georg.* III 382
Beda II. 61225-28 *Isid. l. c.* — 'post aliquot mea regna videns mirabor
aristas' *Verg. ecl.* I 69 ap. *Donat., Pomp., Bed. II. cc.* 2509-2511 *Donat.*
4007-14 *Charis.* 27310-21 *Diom.* 45813-30 *Pomp.* 3071-11 *Plot.* 4677-17
Serv. in Aen. I 1, 177 III 138 X 365 *Porphyr. in Hor. carm.* I 20, 10
in *epist.* I 19, 13 II 1, 189 *Beda II.* 61229-6133 *Cassiod. G. II* 141 381
Isid. l. c. 2512-2514 *Donat.* 40015-19 *Charis.* 27322 *Diom.* 45831-4598
Pomp. 30712-17 *Plot.* 46024-4616 *Serv. in Aen.* I 23 II 615 XI 7 all. II.
Porphyr. in Hor. carm. I 17, 21 *Beda II.* 6156-17 *Cassiod. G. II* 2091
Isid. l. c. — v. 2512 reperitur in *Græc.* I 103 2515 sq. *Donat.* 40020-24
Charis. 27412-14 *Diom.* 4598-21 *Pomp.* 30723-33 *Plot.* 4638-20 *Serv. in*
Aen. III 691 *Porphyr. in Hor. carm.* I 24, 7 I 34, 9 I 35, 21 *Isid. l. c.*
2517 sq. *Donat.* 40025-29 *Charis.* 27415-23 *Diom.* 45927-31 *Pomp.* 30734-3089
Plot. 4681-10 *Serv. in Aen.* I 114, 399, 721 all. II. *Acron in Hor. carm.*
I 1, 21 II 17, 9 *Porphyr. in epod.* II 29 IX 20 in *sat.* I 1, 110 all. II.
Cassiod. G. II 331 661 721 1991 2172 *Isid. l. c.*

synodochen facies.

onomatopoeiam facies, si nomina sumas

de scritu tracta: sic sus serofa dicitur esse.

2520

periphrasis circumloquium de iure vocatur,

cum verbis curas attollere rem tibi gratam,

aut in re turpi verbis non turpibus uti.

transcensus veri manifestus hyperbola fiet:

astra ferit sonus armorum clangorque tubarum.

2525

vocum turbatus formabit hyperbaton ordo.

synerisis ac temesis ac hysterologia subsunt;

huic et anastropa vult pariterque parenthesis addi.

VARIA LECTIO.

2518 *synodochem facies* *L* *synodochen facies* *A₂* *synodoohen facies* *cett. codd. et e* *dicens hec est caput alba add. S, m. rec. add. As* *sic dicens hic caput albet add. M* *sic dicens hic caput albus add. e* 2519 *onomatopeion vel onomatopeyon* *A₂A₃M* *onomotopceion* *P* *facies*] *facias* *LA₂* *dices* *SP* *sumas*] *sumis* *A₁A₃* 2520 *tracta*] *facta* *S. hoc versu finit* *A₁* 2522 *attollere*] *extollere* *P* *tibi gratam*] *manifestam* *As* 2524 *yperbole* *A₂P* *yperbola* *cett. codd.* 2527 *sineresis ac temesis* *LA₂* *sineresis hinc temesis* *P* *synthesis huic themasis* *S* *sync'sis themesis* *As* *synthesis huic themesis* *Me* 2528 *huic*] *hiis vel his* *SPMe*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

2519 sq. *Donat.* 400³⁰ *Prisc.* I 450² *Charis.* 274²⁴⁻²⁶ *Diom.* 460¹⁻⁶ *Pomp.* 308¹⁰⁻¹⁴ *Plot.* 467¹⁸ *Serv. in Verg. georg.* III 148 *Bedu* II. 613²⁹⁻³⁵ *Acron in Hor. art. poet.* 281 *Porphy.* in *epod.* X 17 in *art. poet.* 113 *Isid. l. c.* 'serōfa', immo 'serōfa'; cf. *Juvenal.* VI 178 XII 73. — vv. 2519 sq. paucis mutatis repetivit *Manc.* 2521—2523 *Donat.* 400³² *Charis.* 274²⁷⁻²⁹ *Diom.* 460⁷⁻¹¹ *Pomp.* 308¹⁵⁻¹⁹ *Plot.* 467²⁰⁻³⁰ *Comm. Einsid. K. Suppl.* 270¹⁰⁻²⁵ *Serv. in Aen.* I 65 VI 50⁴ VII 120 *Acron in Hor. epist.* I 12, 20 *Porphy.* in *epod.* IX 20, in *sat.* I 6, 12 *Cassiod. G.* II 228² 365¹ *Bedu* II. 614¹⁻⁸ *Isid. l. c.* 2524 *Donat.* 401²⁴ *Charis.* 275²³ *Diom.* 461²¹⁻²³ *Pomp.* 310¹⁵⁻¹⁹ *Plot.* 465²⁷⁻³³ *Comm. Einsid. l. c.* 272⁷⁻¹⁴ *Serv. in Aen.* III 565, 567, 62⁴, 673 *all. ll.* *Porphy.* in *Hor. carm.* II 1, 31 III 9, 15 *Cassiod. G.* II 25² 399² *Bedu* II. 615²⁷⁻³⁰ *Isid. l. c.* 2525 cf. *Verg. Aen.* II 313: 'exoritur clamorque virum clangorque tubarum' cf. *idem Aen.* XI 192: 'it caelo clamorque virum clangorque tubarum' 2526—2528 *Donat.* 401⁴⁻⁶ *Diom.* 460²³⁻²⁶ *Plot.* 466⁴ *Serv. in Aen.* I 1 II 348 III 662 *all. ll.* *Cassiod. G.* II 115¹ 144². — v. 2526 repetivit *Manc.* — 'synerisis' (vv. 2527. 2532) dicitur figura, quae apud auctores modo laudatos vulgo 'synchysis' (σύνχυσις) nuncupatur, quamquam etiam illorum haud pauci libri manu scripti 'syneresin' sive 'synerisin' habent; et derivabatur 'a sin, quod est cum, et crexis, fusio vel

hysteron et proteron solet hystorologia dici.
 haec fit, cum rectam seriem sententia mutat: 2530
 hi Cererem terrere parant et frangere saxo.
 syncrasis ex omni confusa locutio parte:
 nos virtute lavat qui labem criminis ornat.
 dat temesim partes in binas dictio secta;
 est boreae regio septem subiecta trioni. 2535
 dictio si subsit, cum sit praecedere digna,
 fiet anastrophe: sic surgit mare littora contra.
 in clausa clausam si commisceas alienam,
 inde parenthesis est: princeps (quia bella minantur
